

REGISTRO ANTERIOR

PROXIMO REGISTRO

REGRESAR AL
LISTADO

OTRA BUSQUEDA

OTRAS BIBLIOTECAS

COMENZAR
DE NUEVO

PRESENTACION
EN MARC

GUARDAR REGISTROS

AUTOR



Registro 158 de 1752

Autor Orta, García da

Título **Aromatum, et simplicium aliquot medicamentorum apud indos nascentium historia / primùm quidem Lusitanica lingua... conscripta, à D. Garcia ab Horto... ; nunc verò Latino sermone in Epitomen contracta, & iconibus ad viuum expressis, locupletioribusq[ue] annotatiunculis illustrata à Carolo Clusio...**

Publicac. Antuerpiae : ex officina Christophori Plantini..., 1579

Lugar impr. Bélgica Amberes

Edición Tertia editio

Des.física 217, [6] p. : il. ; 8º

Coleccion Biblioteca digital Dioscórides. Botánica

Nota Marca tipográfica en la portada.
Grabados xilográficos
También disponible la reproducción digital

Clasific. 615.1
DIOSCORIDES
615.1

Materia Botánica médica -- Obras anteriores a 1800
Plantas medicinales -- Obras anteriores a 1800
Farmacía -- Obras anteriores a 1800

Autor sec. L'Écluse, Charles de, trad.
Plantino, Cristóbal, 1520-1589, imp. (Amberes)

Acceso al recurso electrónico

Libro completo

UBICACION	SIGNATURA	ESTADO	TIPO DE PRESTAMO	NOTAS
<u>B.Histórica-F.Antiguo (D)</u>	<u>DER 2653(3)</u>	DISPONIBLE	PR. PROTEGIDO	<u>Encuadernado con otras obras. Ex ... (CLICK PARA MÁS)</u>
<u>B.Histórica-F.Antiguo (M)</u>	<u>MED 1372(1)</u>	DISPONIBLE	PR. PROTEGIDO	<u>Ex-libris ms.: Ad usum D. Petri ... (CLICK PARA MÁS)</u>
<u>B.Histórica-F.Antiguo (M)</u>	<u>MED 1371(1)</u>	DISPONIBLE	PR. PROTEGIDO	<u>Sello del Colegio de San Carlos. ... (CLICK PARA MÁS)</u>
<u>B.Histórica-F.Antiguo (M)</u>	<u>MED 1373(1)</u>	DISPONIBLE	PR. PROTEGIDO	<u>Sello del Colegio de San Carlos. ... (CLICK PARA MÁS)</u>
<u>B.Histórica-F.Antiguo (M)</u>	<u>MED 1370(1)</u>	DISPONIBLE	PR. PROTEGIDO	<u>Sello del Colegio de San Carlos. ... (CLICK PARA MÁS)</u>

REGISTRO ANTERIOR

PROXIMO REGISTRO

REGRESAR AL LISTADO

OTRA BUSQUEDA

OTRAS BIBLIOTECAS

COMENZAR DE NUEVO

PRESENTACION EN MARC

GUARDAR REGISTROS



A R O M A T V M,
ET
S I M P L I C I V M A L I Q V O T
M E D I C A M E N T O R V M A P V D
I N D O S N A S C E N T I V M
H I S T O R I A: H 78

Primum quidem Lusitanica lingua per Dialogos
conscripta, à D. GARCIA AB HORTO,
Proregis Indiarum Medico:

Deinde Latino sermone in Epitomen contracta, & iconi-
bus ad viuum expressis, locupletioribusq; annotatum-
culis illustrata à CAROLO CLVSIO Atrebat.

TERTIA EDITIO.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
cl. Io. LXXIX.

Antwerpensis Typographia.

disrumpantq; catenas & vincula. Eius autem mali curatio est, si rectores educant eos in agros, & grauius obiurgent.

CETERVM prater id ministerium quod vehendis oneribus praestant, & tormentis bellicis è loco in locum commutandis, solent bello vriles esse Elephanti; interdum enim capite & pectore armari equorum more in bellum educuntur. Sed qui his in praeliis vtuntur, id solum emolumentum referunt, quòd aduersariorum acies prosternant: & tamen interdum etiam, veluti intellexi, non sine suorum pernicie retro cedunt. Nonnulli sunt Reges, qui interdum mille huiusmodi Elephantos in praelium educunt, alij plures, plerique pauciores.

Elephantorum vrilitas.

CRUDELE est id spectaculum, quando Elephanti veluti monomachia praeliantur: siquidem non modò dentibus singuli suum aduersarium impetere student, sed magno interdum impetu capitibus concurrunt, vt alteruter eorum, capite confracto, in planitiem cadat.

Elephantorum pugna.

FALSVM est quod quidam de maris & femina congressu tradiderunt; quandoquidem haud aliter congregiuntur quàm reliquae quadrupedes.

MULTA Plinius lib. 8. cap. 1. 2. 3. & seq. de Elephantis scribit, sed pleraque parum probandi, & hactenus non experta. Quod verò in Taprobana insula maiores, dociliores, bellicosioresq; Elephantos gigni tradit: verum id est, si Taprobanam intellexerit eam insulam que nunc Zeilan vocatur. Nam, vt postea dicemus, huius insulae Elephanti reliquis omnibus praecellunt, eorumq; imperia reliquos agnoscere scribit. Eius etiam cum Rhinocerote inimicitie meminit idem Plinius, lib. 8. cap. 20. eorumq; pugnas describit.

Taprobana Zeilan fontè.

EST autem Rhinoceros vastum animal cornu in nare gerens, quod difficulter domari potest. Multos in Cambaya Bengala finitima, & Patane inueniri tradunt, & ab incolis Gandas vocari. Mibi hactenus Rhinocerotem videre

Rhinocerotis historia.

Gandæ.

non contigit : illud tamen scio , Bengala incolas eius cornu aduersus venena vsurpare, vnicornu esse existimantes, tamen etsi non sit, vt ij referunt qui se probe scire autumant.

Monoceros.

CETERVM de Monocerote tam incerta omnia ab Auctoribus referuntur, vt illos eum haud quaquam vidisse manifestò appareat. Ego hoc loco referam quae à viris fide dignis accepi. Inter promontorium Bonae spei, & aliud promontorium vulgo de Currentes nuncupatum, vidisse se affirmabant * terrestre quoddam animalis genus, licet mari etiam delectaretur, quod caput & iugum equi haberet (minimè tamen marinum equum esse) cornu praeditum duos palmos oblongo, mobili, quòdque nunc in dextram, nunc in sinistram obuerteret; modo illud attolleret; modo demitteret. Id animal cum Elephante ferociter preliari, eiusque cornu aduersus venena laudari. Eius experimētum factum propinato duobus canibus veneno: alterum enim canem cui dupla quantitate propinatum esset venenum, sumpto huius cornu puluere ex aqua conualuisse: alium vero cui exigua quantitate venenum esset datum, nec exhibitum hoc cornu, statim mortuum corruisse.

Elephanti
docilitas.

CETERVM non modo vernaculam linguam intelligunt, sed etiam peregrinas, si eas edoceantur. Gloria sunt cupidi, beneficiorum memores, iniuriarum verò haud quaquam obliuiscuntur, & vindicta cupidissimi sunt. In summa, huic animali nihil deesse videtur, vt ratione praeditum appareat, praeter loquelam: tamen si non desint qui in Cochim publicum instrumentum (aestationem vocant) se vidisse asserant, quod referret Elephantum aliquando istic locutum, petiisseq; à suo rectoris (quem in Malauar Naire, in Decam verò Piluane vocant) cibum. At rectoris respondisse, Lebetem in quo illi Orizam coqueret, pertusum esse, eum tamen ad Cacabarium deferret obturandum, deinde illi Orizam se cocturum. Lebetem promusci-
de sumptum